



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 8. Alij viri aquis sua sponte hausti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

ipsum hominum exemplo. 243

Agnoscam, cum te reducem sors prosperea sistet.

Hac mandata prius constanti mente tenentem

Thesea, cum pulsa ventorum flamine nubes
Aerium nisi montis liquere cacumen.

At pater, ut summa prospectum ex arce
petebat,

Anxia in absidios absumentis lumina fletus,
Cum primum inflati confexit linteal veli,
Principitem se scopolorum è vertice jecit:
Amissum credens immitti Thesea fato.
Sic funesta domus ingressus tecta, paterna
Morte ferox Theseus, qualem Minoidi
luctum

Obtulerat mente immemori, talem ipse
recepit.

§. VIII.

Alij viri aquis, sua sponte, bansti
Quod si haec, tanquam à Poëtis narrata, in
fabulis habentur, extant certiora. Nam
Anius rex Thuscorum, quia filiam Saliam
à Catheo adolescente raptam non potuit
comprehendere, teste Plutarcho, in flumum
se furiata mente egit; quem à suo nomine
fecit appellari *Anienem*; ut mortis infamia,
quamvis aquis inscripta, æternum perse-

ueraret.

244 Cap. IX. Aquis in pœnam uti Deum,

ueraret. Andragathius quoq; classis præfectus, qui Gratianum Imp. perfidè sustulit, Maximo tyranno, à Theodosio, victo, ex desperatione, in fluuium se præcipitem de-
dit, malens natare, quām pendere. Laurentius Laurentianus Florentinus medicus, sa-
nus simul & insanus, citra vllum corporis
incommodum, citrāque evidentem morbi
caussam, pro haustu minimè medico, in pu-
teum se conjecit, auctore Cælio, & Crinito:
qui ait, se auditorem eius aliquando
fuisse. Maluit tamen in Lycæum, quām in
pureum sequi: non enim sitiebat. Tali etiā
morte se extinxit Petrus Leonius Astrolo-
gus excellens; si tamen ea in arte aliquis
potest excellere, quæ alijs mentitur, sed
neminem magis fallit, quām scientem; im-
mò perniciose ignorantiae genere, scire se
putantem. Nec vetera repetere est opus.
Mea ætate, tot memini, desperatione actos
sponte, in fluvios, & pureos cecidisse, ex
omni hominum genere, vt pigeat numerū
inire. Nec familiarum aut consanguineo-
rum honor me sinit nōmina eorum loqui,
qui exemplum essent maximè luculentum.

§. IX.

*Superbi cuiusdam & luxu diffuentis Clerici
miserabilis interitus.*

V.